



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 68. Archiepiscopus Lancianensis Roma Tridentum reversus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. di allegatæ auctoritates, ac textus non  
A.C. 1562. tantum profint definitionibus, quantum  
adversarios ad impugnationes incita-  
rent. Ceterum quoad quartum Cano-  
nem petebat Brixiensis Antistes, ut non so-  
lum diceretur, usum Eucharistiæ non esse  
necessarium infantibus, sed ipsis etiam in-  
terdictum exprimeretur; quandoquidem  
rationes, propter quas Calix Laicis popu-  
lis prohibebatur, fortius impellerent ad  
Sacramentum illud infantibus omnino  
prohibendum: non tamen Patribus pla-  
cuit communiter hunc usum damnare,  
cui favent antiqua primævæ Ecclesiæ  
monumenta, quapropter sanctum, ut ex  
Patrum sententia ad emendatos hosce  
Canones opera impenderetur.

## §. LXVIII.

*Archiepiscopus Lancianensis Roma  
Tridentum reversus.*

Pallav. c. 8.  
a. I. § 4.

Cum Synodus omnibus hisce delibera-  
tionibus intenta esset, interim Ar-  
chiepiscopus Lancianensis die decima  
Julii Roma reversus Pontificis nomine  
Patribus significabat, quod Pius IV. a  
dissolvendo Concilio longe alienus esset,  
imo potius ex adverso, quicquid pio  
huic operi ad prosperum exitum de-  
ducendo utile esse cognosceret, toto stu-  
dio impendere paratus existeret. Insu-  
per per eundem Præsulem Pontifex  
Patres



Patres rogabat, ut erga Episcopos, qui Sæcul. XVI.  
etiam ad breve tempus, suisque limiti- A.C. 1502.  
bus circumscriptum a Synodo abesse  
petunt, in concedenda ejusmodi venia  
se se admodum difficiles exhibeant, ne  
vero illi quocunque hujusmodi facul-  
tatis prius concessæ diploma obtendere  
valerent, hinc Papa omnes licentias e-  
tiam a semetipso datas revocabat, di-  
fertisque verbis Legatis injungebat,  
ut & ipsi hac in re suam conferrent  
operam.

§. LXIX.

*Inter ambos Legatos Pontificis jussu  
amicitia per Vicecomitem re-  
stituta.*

Præterea Archiepiscopo Lancianensi *Pallav. n. c.*

commissa erat quædam ad Viceco-  
mitem epistola, in qua summus Ponti-  
fex huic tria commendabat capita,  
quorum primo petebat, ut Vicecomes  
sedulo investigaret, qua ex caufsa dis-  
sensio inter Cardinalem Mantuanum,  
& Simonettam ortum traxisset. II. Ex-  
aminare jubebatur, quisnam ex illis in-  
juste alterum offendisset. III. Utrius-  
que reconciliationi operam suam im-  
pendendi cura illi demandabatur. Ad  
primum respondit Vicecomes, originem  
dissensionis ex residentiæ controversia  
descendisse: circa secundum vero dixit,

*Hist. Eccles. Tom. XLV.*

K quod

